

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Widmung

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

Iodocus Badius Ascensius, Draconi Budęo magnę spei adulescenti, gręceę ac latine iuxta docto, bene agere.



VANdoquidem natura comparatum est, Draco indulgentissime, vt liberi fere parentum imitentur studia, neę bona modo, sed etiã praua: feliciter tecũ actum censeo, qui beneuola in te prouidentia cum sortitus es patrem, quę sequi magnis passibus in omnibus tũ factis, tum dictis, tũ deniq; studiis prudenter coneris, equis in nul- lis, ista presertim atate, valeas. Nam siue cõsularem virũ & a secre- tis Regiis, ipse adulescens adhuc agere, siue gręce siue latine dice- re aut scribere, q̄ vel ad mores, vel ad interiores literas, vel ad sciẽ- tias ceteris adhuc mortalibus incompertas pertineant, moliaris: q̄q̄ in his omnibus, & ipso patre pręeunte, & Maino pædonõ ac pręceptore, plurimum profecisti, semper tamen habeas, vnde patrem tibi ascendenti qua si manum prębentem suspicias. Neę id tu solus, sed mortales omnes. Quocirca cum illius sic meritũ faustissimo ac integerrimo nomini oratoria Marci Tullii Ciceronis opera, abhinc ferme decennium, nuncuparim, & orationibus nuncupandis vacaret pagella, non ab re fa- cturus mihi visus sum, si eas spectatissimę indoli tuę pręscriberem: presertim cũ viderem, eas in treis nuper tomulos sectas, totidem literarię monetę proceribus, a viro inter primos docto, & vt opinor nobis amico, suppresso q̄q̄ nomine, dicatas: & fiderem non minus dilige- ter reposuisse in illis q̄ plurima ad exemplar librorum patris tui in restituendis illis & vigi- lantissimi & doctissimi. Neę tamen treis illas epistolas nũcupatorias, quia & eruditę & ad rem facere visę sunt, duxi supprimendas. Perge itaq; quo feliciter cœpisti, Draco perspicaci- sime, atq; in hęc studia in quibus patrem tantopere excellere vides, studiosius incũbe, & has Orationes alia q̄ pridem & lōge iustiore serie compressas accuratius perlege: nam & pater- nę eloquentiã in eis seminaria compluria offendes, & ipsis legendis non parum proficies. Cum enim Cicero eloquentiã Romanę parens & facile princeps in aliis operibus suis alio- os eloquentiã nomine superarit, in his etiam sese superasse visus est. Quod & tibi nimirum videbitur si iuxta geniũ tuũ benignitatem & nominis etymon vigilantissimus eris, non hor- ti Hesperidum, neę Velleris aurei custos, sed vt legifer ille, & pater iste, æqui veriq; indef- fessus obseruator. Quod vt facias, te admonitum patere, ac Vale. E chalcographia nostra, in eunte Ianuario, supputatione Romana An. M. D. XXII.